



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,  
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In  
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quām extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de  
Romæ, MDCCXVIII**

Casus IX. Argumentum. Donatio Jurispatronatus, an resolvatur per  
supervenientiam filiorum Patroni donantis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](#)

valet tamen deducere in pactum eas conditiones, & onera quæ sunt intrinseca ipsi juripatronatus, & ad quæ Patronus de jure tenetur, juxta auctoritates superioriū relatas *Can. XII. & XIII. Cas. II. n. 3.* quibus addo *Palm. nep. alleg. 77. n. 9. tom. I.* Igitur cùm reparatio Ecclesiæ Patronalis, aut subministratio expensarum pro illius reparatione, sit onus intrinsecum juripatronatus, & Patrono, ex deductis *Part. I. Can. IV.* poterat Patronus in actu donatio nis illam deducere in pactum, & injungere Donatario absque ulla labe simonie.

### ARGUMENTUM.

Donatio Juripatronatus an resolvatur per supervenientiam filiorum Patroni Donantis?

### S U M M A R I U M.

- 1 Refertur sententia Decii.
- 2 Lex Civilis an locum habeat, seu an observari debeat in rebus Ecclesiasticis, spiritualibus, vel spiritualitati annexis & num. 6.
- 3 Lex si unquam comprehendit donationes earum rerum, quæ continent notabilem estimationem.
- 4 Eadem lex tota fundatur in presumptione.
- 5 Lex si unquam habet locum in donatione juripatronatus. Sed limita ut num. 10. usque ad 14.
- 6 Jus patronatus licet non sit estimabile, quoad pretium, est tamen estimabile quoad decorum, honorem, & præminentiam, & conservationem memoriae familiae.
- 7 Lex si unquam habet locum etiam in donatione earum rerum, quæ sunt estimabiles quoad decorum, & præminentiam.
- 8 Donationi juripatronatus congruit ratio, seu presumption, in qua fundatur eadem lex.

### C A S U S I X.

**C**Elebris dispositio legis / unquam Cod. de revocan. donation. qua sancitur donationes resolvi, & revocari ob supervenientiam filiorum, excitavit desiderium in filio cuiusdam Patroni impugnandi tamquam resolutam donationem juripatronatus Beneficii. A factam ab eodem Patrono ante matrimonium favore proprii fratri. Quæro proinde an hæc do-

*Pars II.*

natio revera sit resoluta, seu an præfata lex locum habeat in donatione Juripatronatus?

- 1 Negativam sententiam expressè tetur *Decius cons. 675. num. I. ibi -- Consuluit eleganter clarissimus U. J. Doctor D. Philippus Griffus, quod dispositio leg. / se unquam C. de revoc. donat. non habet locum in donatione juripatronatus, & juridicam esse arbitror conclusionem ab ejus excellentia firmatam -- Motus ex qualitate hujus Legis, quæ non est Canonica, promanans ab eo, qui rerum spiritualium, & Ecclesiastarum est absolutus Dispensator, & Moderator, sed Civilis profluens à potestate laica, quæ super rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus nullam jurisdictionem habet, & falcam ponere nequit, unde uti*
- 2 talis inepta est comprehendere donationes Juripatronatus, quod est spirituale, vel spiritualitati annexum, ut sèpius dictum fuit in decursu hujus Operis, & animadvertisit *Jo. Andreas in cap. Non minus de Immunit. Eccles. num. 14. ibi -- Non video, quod lex non solum digestorum, sed etiam codicis, vel authenticorum possit constringere Ecclesiastas ad talia -- & est Textus expressus in cap. Ecclesia S. Mariae de Constat. ibique Abb. num. 10. Fagnan. num. 7., & in cap. Quæ in Ecclesiastarum eod. tit. n. 25. Merlin. decis. 902. num. 42., & aliae auctoritates superioriū hīc relatæ Cas. V. num. 15.*
- 3 Quæ Decii sententia veritati consona videtur, sive attendatur natura hujusmodi Legis, sive illius ratio. Et quidem attenta hujus Legis natura, ipsa comprehendit donationes earum rerum, quæ continent notabilem estimationem, seu quæ sunt considerabilis valoris. *Covarr. var. resol. lib. I. cap. 19. n. 12. §. His etiam Cancer. var. resol. par. I. cap. 8. num. 126. Gabriel. conclus. 2. num. 77. lib. 3. Amofaz. de caus. piis lib. I. cap. 3. num. 25. Rot. in Fulginaten. donationum 26. Aprilis 1709. §. Quamvis coram R. P. D. Crispo, Jus autem Patronatus nullius est valoris, cùm non sit pretio estimabile, adeoque dicta Lex locum habere non potest in illius donatione. Attenta verò ratione præfactæ Legis, hæc tota fundatur in presumptione; quia præsumit, quod si de filiis Donator cogitasset donationem non fecisset. *Honded. cons. 43. num. 16. tom. I. Casill. controv. jur. lib. 4. cap. 31. num. 93.**
- 4 Card.

Ss 2

Card.

*Card. de Luc. de donat. disc. 20. num. 9. Rot. decis. 34. num. 22. coram Ansaldo.*

Quæ præsumptio cessat in donatione Jurispatronatus secundum se sumptu, quia cùm per eam nullum inferatur præjudicium bursale filiis. Patronus etiam si de illis cogitasset adhuc donationem Jurispatronatus fecisset, ac proinde in ea cessare etiam debet ejusdem Legis dispositio. *Capyc. Latr. decis. 160. num. 11. Franciso. Palma consult. 26. num. 17. Rot. decis. 282. num. 9. coram Buratt.*

5 Affirmativam verò sententiam defendunt *Tiraquel. in dicta leg. si unquam verb. donatione largitus num. 353. cum duob. seqq. Vivian. de jure pat. par. I. lib. 4. cap. 4. n. 31.* quam censeo veriore, & amplectendam, nullatenus attentis contrariis Decii rationibus, & reflexionibus.

6 Quoniam, quòd præfata Lex non sit Canonica, sed Civilis, impedire nequit ejus observantiam; siquidem Lex Civilis multoties observari debet in rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus, aut spiritualitatibus annexis, nimirum quando ipsa per Papam fuit inserta Canoni, aut quando disponens specificè de rebus Ecclesiæ fundatur super ratione naturali, & non contrariatur Canoni, aut quando generaliter loquitur, & Canonibus non contradicit, uti est præfens *lex si unquam*, quæ loquitur generaliter de revocatione donationis per supervenientiam filiorum, & nullus est *Canon*, qui ob dictam causam prohibeat donationes Jurispatronatus, ac proinde etiam si sit Civilis, & non Canonica adhuc in donatione Jurispatronatus est servanda. *Abb. in cap. 1. de oper. nov. nunciat. Fagnan. in cap. Canonum statuta de Constit. num. 39. & in cap. quæ in Ecclesiarum eodem tit. num. 29. & seqq.*

Quòd autem hæc Lex comprehendat donationes earum rerum, quæ sunt notabilis estimationis non officit quin comprehendere possit donationem etiam Jurispatronatus, dupliciter enim res aliqua dici potest estimabilis, videlicet quoad premium, & quoad decorum, honorem, præminentiam, aut conservationem memoriæ agnationis: Juspatronatus certò equidem non est estimabile, quoad premium est tamen estimabile, quoad decorum, honorem, præminentiam, & con-

servationem memorie familie, dum ipsum est, quædam prærogativa, præminentia, & honor, & conservat memoriam familie juxta *Bald. conf. 373. vol. I. nu. 4. superius relat. Can. I., & II. Cas. X. num. 4.*, & dixi *Par. I. Can. I., & II. Cas. I., Rota in Bitunitina Jurispatronatus 31. Januarii 1716. §. Pro remotione coram R.P.D. Foscari inferius impress. Cas. XI.*, unde illius donatione cadere potest sub dispositione legis si unquam cum hæc non solum habeat locum in donatione eorum pretio estimabilium, verum etiam earum rerum, quæ sunt estimabiles, quoad decorum, præminentiam, & agnationis memoriam conservandam, *Morot. resp. 43. num. 18. & seq. Rot. in Fulginaten. donationum 26. Aprilis 1709. §. Ad hujusmodi coram R.P.D. Crispo*, Cui donationi Jurispatronatus optimè congruit ratio, & præsumptio, in qua fundatur eadem Lex; non enim præsumitur Patronus voluisse præferre propriæ soboli extraneos, vel consanguineos remotiores in hoc honore, præminentia, & decorum, quem secum fert Juspatronatus si de filiis cogitasset, *Crot. conf. 129. num. 8. Tiraquel. in l. si unquam verb. donatione largitus num. 356. Franciso. Palma consult. 26. num. 2. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 61. n. 11.*

A: quamvis in abstracto, & in genere verio sit sententia *Tiraquelle*, attamen 10 ipsa in concreto suas patitur limitaciones. *Donatio* namque Jurispatronatus potest esse causativa, seu onerosa, nimis si Patronus assumat pro causa donandi aliquod intrinsecum eidem Jurispatronatus, e. g. si donet hoc cum onere, ut Donatarius reparet, redificet, vel defendat Ecclesiam (non potest enim Patronus assumere pro causa donandi Juspatronatus secundum se sumptum aliquid ipso extrinsecum absque simonia, secus si donet universitatem bonorum, cui sit annexum Juspatronatus) & hæc donatio non resolvitur per supervenientiam filiorum, seu præfata Lex in ea non habet locum, *Menoch. conf. 196. sub num. 47. Rub. par. 4. qu. 37. num. 200. Card. de Luc. de donat. disc. 21. num. 8. Rot. dec. 320. num. 4. par. 6. rec. & in Fulginaten. Donationum 26. Aprilis 1707. §. final. coram R.P.D. Crispo*. Potest etiam esse pura, & simplex, & in ea non habet locum eadem Lex.

Primo

- Primo quando fuit per Patronum individuè, & specificè ei renunciatum, secus si solùm fuisset renunciatum generaliter, *Gabriel. conclus. 2. lib. 3. num. 63.*, *Rota. decis. 597. num. 6. par. 3. rec.*, & *decis. 255. num. 10. coram Otthobon.*, & *dec. 379. n. 6.*
- 12 eoram Ubaldo. Secundò quando donatio Jurispatronatus fuit facta Ecclesiæ, aut piæ Causæ, *Gabriell. dicta conclus. 2. nu. 61. Card. de Luc. de donat. disc. 22. n. 7.* & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii in Albanen. *Donationis 2. Ju- nii 1663. lib. Dec. 23. pag. 504.*
- 13 Tertiò quando Patronus cogitando specialiter de filiis, adhuc verisimiliter donaturus fuisset Juspatronatus, ut esset e. g. si ipse post donationem suscepisset liberos, & suæ servixisset, & donationem non revocat. *et Handed. conf. 43. num. 16. lib. 1. Card. de Luc. dicto disc. 22. num. 8.*, *Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 61. nu. 13. Rot. dec. 471. num. 16. coram Bich.*
- 14 Quartò non habet locum quando superveniunt solùm filii adoptivi, seu non revocatur donatio per supervenientiam filii adoptivi Patroni donantis, *Roch. de Curt. de Jurepatr. verb. ipse vel is. n. 79.*, *Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. qu. 2. art. 9. num. 8.*, *Gabriell. conclus. 2. num. 77. lib. 3.*

#### ARGUMENTUM.

Patronus donato Jure præsentandi dumtaxat, an censeatur illud donasse cumulativè, vel privativè; Et an donatio Juris præsentandi ab eo facta pro una vice tantum ad Beneficium vacaturum sustineatur?

#### S U M M A R I U M.

1. Cessante causa, cessare etiam debet effectus.
2. Mutare consilium in præjudicium alterius quis non potest.
3. Patronus donans Juspatronatus, non potest amplius præsentare. Donans vero dumtaxat jus præsentandi potest concurrere cum Donatario ad præsentandum accumulativè, & quare. Vide num. 4. Limitata ut num. 6. usque ad 11.
5. Per donationem juris præsentandi non cessa in Patrono causa accumulativè præsentandi.

- 12 Patronus si donet alicui jus præsentandi pro una vice tantum ad Beneficium vacaturum, an hæc donatio sustineatur? Vide ibi, & num. 14.
- 13 Donatio juris præsentandi pro una vice nihil aliud est, quam simplex mandatum procurare ad præsentandum.

#### C A S U S X.

P Atronus de consensu Ordinarii donavit Titio præsenti, & acceptanti jus præsentandi, & succedente vacatione Beneficii præsentavit ad illud Cajum, cui præsentatione se opposuit Titius Donatarius prætendens ad se solùm spectare vigor donationis jus præsentandi. Quæritur proinde, an Patronus potuerit in hoc casu præsentare?

Pro quo, more solito procedendo per contraria, quo modo magis splendescit veritas, respondendum videtur negativè. Etenim Patronus eo ipso, quod donavit jus præsentandi alteri, à se illud abdicavit, & eo se spoliavit, unde vacatio Beneficium, ad illud amplius præsentare non potest, sed præsentatio totaliter spectare debet ad Donatarium, ut dixi superius *Cas. IV. num. 1.* alias in ipso Patrone Donante cessaret causa præsentandi, nimurum jus præsentandi, & non cessaret effectus, videlicet præsentatio, contra illud principium, quod cessante causa, cessare etiam debeat effectus. *l. adige re §. quamvis ff. de jurepatr. Text. in cap. cùm cessante de appellat. ibique Gloss. Abb. num. 2. Gonzal. num. 1. Barbos. axiom. 40. num. 4. Card. de Luc. de Benef. disc. 87. n. 2.*

2 Ac etiam alias idem Patronus diceretur recedere à sua deliberatione, & mutare consilium in præjudicium Donatarii juris præsentandi, contra regulam, quam habemus in cap. *Mutare de regul. jur. in 6.*

3 At hoc non obstante, censeo in casu præsenti Patronum Donantem potuisse præsentare Rectorem Beneficii vacantis unà cum Donatario juris præsentandi, & hunc vigore dictæ donationis intentionem in jure fundatam non habere præsentandi privativè, & excludendi Donantem à præsentatione; Quoniam distinguendum est inter donationem Jurepatronatus, & donationem solius juris præsentandi; quamvis donato legitimè Jurepatronatus, Patronus non possit amplius